

DECISIONES,  
ET ENVCLEATIONES  
CRIMINALES,  
SEU PRAXIS  
REGIJ CRIMINALIS CONCILIJ  
CATHALONIÆ

DECISIONVM,  
ET  
ENVCLEATIONVM  
CRIMINALIUM CONGERIES;  
SEU PRAXIS  
REGIJ CRIMINALIS CONCILIJ  
CATHALONIÆ,  
CURIARUM INFERIORU.

NEC NON ALIORVM TRIBVNALIVM,

Ecclesiasticorum, & Secularium.

COMPILATIONE

PRACTICALI ADIECTA

ABSOLVTISSIMI PROCESSVS CRIMINALIS.

OBSERVATIONIBVS

COACERVATIS NOVISSIMIS

A NVLLO EX SCRIBENTIBVS ORDINATIM

haetenus congestis.

ELVCVRATIONE

NOBILIS DON PETRI DE AMIGANT.

MINORISENSIS, OLIM IN LYCAEIS INTERPRETIS, IN CONSISTO-

tiis post plures Dignitatum, ac Togæ gradus, longèque, faustèque moderatos Regii Conciliarii in Tertia Aula, Fiscive Advocati Regiæ Curiæ nunc iterata istius muneris, rerumque

Criminalium dimissione admisia, à Concilio sue Maiestatis in R.A. Civili Principatus

Cataloniae, atque in Sancto Fidei Pectorio Consultoris.

VOLV MEN SECUNDVM,

SIVE DVO TOMI IN VNVM REDACTI.

SARCIÑONE: Ex Typographia Iosephi Llopis. Anno 1697.



# MOESTISSIMÆ VIRGINIS ANGORVM DEIPARÆ PROFUNDI DOLORUM

MARIS, FVNDITVS DOLOROSÆ MARIAE  
Salutiferum præsidium, & fidele munimen.

HOC SIBI ORAT OPUSCVLVM.



TIAM, atque etiam, Mœstissima  
Dei Mater, ad tuæ clementiæ  
patrocinium confugio. Crimi-  
nales hasce Decisiones, seu cri-  
minalis præcœs Lucubrationes,  
novissimos mei laboris partus, &  
posteriores mei otii fructus divi-  
nis præstantioris celitudinis aris  
consecratus. Et si illi, qui ad Principum statuas, Impe-  
ratoriaque simulacra confugiebant, iure, ac legibus vin-  
dicabantur: ut Imperatores Theodosius, & Arcadius præ-  
cipuo sanxerunt diplomate: Ego qui ad Deiparam Vir-  
ginem Mariam, Angelorum Reginam, Cœlorumque  
Imperatricem semper augustam, recurro: Ego, qui illius  
numinapasco, quæ ipsam Sapientiam peperit secunda, &  
infios Orbes sapientiæ fructu fœcondavit non parturie:  
Ego qui ad Munificentissimam Matrem gratiis refertam;  
clementiam, ac pietate locupletissimam appello, suo cœ-  
lesti, invencibiliq[ue] munimine ab omnibus edacibus in-  
vidiæ forpicibus, & à quibusvè rudimentorum sordibus  
tutus, incolamis, flospes, & vindicatus glorioius cen-  
sebor.

Ante igitur tuos, divinos pedes (CLEMENTISSIMA VIRGO)  
hoc prosternitur volumen, & in terram deicitor; ut tuo  
favonio ad immortalitatem ocyus convolet Euro. Et si  
semel meam dirigisti manum, gratum litteratis opus pla-  
cido graphyde depicturus: modò tua benighitas mihi  
tuum imploranti patrocinium non deficiet. Si tuum enim  
est, omnibus prodesse, & opiculari, cui numinis percuriam  
hoc opus non senties Iesum: vno illi sociis D[omi]n[u]s suus d[omi]n[u]s

Lxxviii, Cod. de his qui  
ad statuas confugiant.

et diligens  
autem

Clement

Quidam  
. . . . .



EXC<sup>MO</sup> PRINCIPI,  
E T  
D. D. FERDINANDO

DE ARAGON, MONCADA, LVNA, ET CARDONA;  
Duci de Montalto, & de Bibona; Principi Civitatis de Paterno; Comiti de Cartanageta, de Golissano, de Aderno, de Esclafana, de Calabuelota, & de Centorbe:  
Baroni de Melilli, de la Mota, de Santa Anastasia, de Veleche, de Santo Bartolomeo, & de Malpasso: Domino de Nicolossi, de la Guardia, de Campo Rotundo, de Blanca Villa, Montium, & Sylvorum montis. Ethne, de Pugidiana, de Villa Aragon, & suorum districtuum, de Santo Sixto, de Baquerizo, de la Marre, de la Ribera de Moncada, de las Petralias superiori, & inferiori, de Xilato, de Calatabuto, de Fenicia, de Moncada, & Montium, & Sylvatum de Mimiano, Marchioni de los Velez, de Molina, & de Mattorell: Domino Baroniatum Castrum veteris de Rozanes, de Molins de Rey, & aliarum in Rupricato Principatus Cathaloniæ: Domino, & Patrono piissimo Regiæ Capellæ Beatissimæ Virginis Mariæ del Palau Civitatis Barcinonæ, ac insignis Sacelli Epiphaniæ, & eiusdem Portionū, & Beneficiorum Sanctæ Cathedralis Heridæ: Perpetuo, & integrissimo Prætori Regalium Arciam Peñillastri Civitatum de Murcia, & Lorca: Præfecto eximio, & Duotori perpetuo Regni de Murcia, Marchionatus de Villena, Archidiaconatus de Alcaraz, Campi de Montiel, Mootis de Sigura, & suorum districtuum: Domino Villam de Mula, Alhama, & Librilla, & septem aliarum fluminis de Almanzora, de las Cuebas, Portilla, & Zurgena: Commendatori de Silla, & Benifal, Ordinis Virginis Mariæ de Montesa, & Sancti Georgii de Alfama: In primo saec. ætatis flore, Regiæ Cohortis custodiae, Duci: Postea in inferiori Germania, primùm peditatus Præfecto, dein ibidem totius equitatus Duotori generali, ac etiam perpetuo totius Regni Neapolitani eiusdem præcelle Dignitatis Præfectora dignissimè insignitus: Cubiculario saec. Catholicæ Maiestatis, & eiusdem alio à Concilio summo Status, & Belli: Olim in Regio Indiarum, nunc in Aragonum Supremo, & Sancto Concilio Præsidi oculatissimo, ac ratiis Coronæ Aragonum Locum tenenti Generali dignissimo.



E A R V M Decisionum, aut criminallium enucleationum (EXCELLENTISSIME PRINCEPS) hocce secundum voluſien, seu verius duos tomos in uno compaginatos, lucubraciones diu desideratas, meumque cum his animum ut Excellentissime offer-



DECISIONVM.  
PRAXIS.  
ET ENVCLEATIONVM  
CRIMINALIVM.  
VOLVMEN SECUNDVM.

*EPIGRAPHÆ.*

Nova indiciorum Scale, quâ ascenditur ad omnium proprium modum probatio-  
num, ex argumentis eliciendarum, hactenus agnitarum, exactam cognitio-  
nem, atque indaginem, cuius perfecta dispectione, quæ huc usque sparsim  
per omnes Autores Criminales, ac per longa volumina fuerint exposita,  
in unum collecta maiori claritate, commodiori usu, & conspicua methodo  
elucidantur, pro construendis processibus, & iudicadi delictis, vrile promptu-  
tuarium, vera indiciorum diffinitio, eorumque certior divisio, explosis qui-  
busdam minus distinctè stabilitis scribentium conclusionibus edocentur.  
Socij in fidei, ac conductoris viatorum priditorij punitori flagitium tra-  
ditur.

*NUCLEVS.*

- 1. *Indiciorum nomine insubiecta mate-  
ria testes de reis non eveniunt,  
sed tantum argumentia ad deli-  
ctum inferunt.*
- 2. *Distingunt Doctores inter casum, quo  
indicatur ex solis indicijs, & illis,  
quo cognoscitur cum teste de reis,  
& indicijs.*
- 3. *Indicia omnia paginis complecti ne-  
mini est datum, & Doctoris solida  
cura fuit cumulare hancas ab  
scribentibus agnitis nova methodo,  
ac structura.*
- 4. *Indicia quadam sunt indubitate quæ  
dam dubitata, alia proxima deli-  
cto, alia remota, & declarantur;*

PROCESSUS CRIMINALIS,  
COMPILEATIO  
PRACTICALIS,  
AC  
PROMPTVARIUM  
REFERTISSIMUM:

IN QVO

LVCVLENTER SINGULÆ  
PRAGMATICÆ FORMVLÆ, QVÆ IN NOSTRO REGIO.  
Criminali Concilio hucusque observatæ agnoscuntur, scripatim  
contextæ, & Decisionibus constipataæ com-  
paginantur.

COLLECTANEA VBBERRIMA

ADVOCATIS, ATQUE  
ACTVARIIS PERVILIA ÆQVE, ET NECESSARIA,  
Iudicibusque nostratis pro facilitori expeditione  
non iniucunda.

SUBIVNCTO INDICE

ALPHABETICA METHODO  
AD OCYOREM VSVM IVXTA VARIA CASVVM,  
ac reium discrimina.

TITVLVS I. DE INTRODVCTIONE  
CAVSARVM CRIMINALIVM.

I.

SUPPLICATIO EVOCATIONIS CAVSÆ INSTANTE SOLO  
Procuratore Fisci Regie Curie.

Excellentissime Domine.

**A**d auditum Fisci Procuratoris Regie Curie fama publica referente peruenit, quod N. & N. agricultore loci de Copons Vicaria Ceruaria, parum cimenes Deum, & justiam temporalem die Prothomarii, Stephani que computabatur vigesima sexta Decembris proximè pateris, non dubitarant in dicto loco de Copons, & in illius vicino, iuxta domum de Nobis noctis decima parum plus, vel minus, proditoris, & insidiosi positi, saltibus tormentorum manualium occidere Franciscum Soler, alias dictam lo Gollat, loci Sancti Augustini Sesgaeyoles, & Hyacintum Guet militem. Et cum prefata delicia sint digna punitione, Ideo, & alias dictus Fisci Procurator supplicat dictos N. & N. puniri, & coerceri, & presentem causam ad reveram Excellentiam, & Reg. Concilium euocari, praetextu quia sunt facienda diligentia per diversas Vicarias, & Ordinarius iustitiam facere non potest, & alicui Nobili, seu Magnifico Iudici Regie Curie committi, qui de instructionibus, commissionibus, & aliis prouisionibus opportunitate debite prouideat, & iustitiam ministret omni meliori modo. Officio, &c.

Altissimus, &c.

N. Fisci Advocatus.

**D**ecretatio. Evocata causa praetextu quo supplicatur, committatur Magnifico N. Iudici Regie Curie, qui super supplicatis debite prouideat.

Prouisa per Nobilem Regentem Cancellarium,  
die N. mensis N. Barcinone.

N. Scriba mandari.

Provisio evocationis.

Recepta dictis die, & anno facta rverbo in Regio Concilio prouideret, quod aliquis ex Regis Algizuris accedat ad locum de Copons, & ad alta loca presentis Principatus Carbalonie, & Comitatus Ceritaniae quæ oportuerit, qui inquirat, inquisitor foricet, quos culpabiles inuenierit capiat, & ad Regios Carceres huius Ciuitatis Barcinone adducat, ac alia faciat in similibus fieri officia, & pro his sicut, & expediantur commissiones, instructiones, ac aliae prouisiones opportuna iuxta Regia Curia stylum.

N. Iudex.